

quibus dicit Augustinus: Qui uxorem suam agnoverit in die Dominico, id est  
in die ab ecclesia prohibito, qui tunc concepti fuerint, aut leprosi, aut  
epilentici, aut demoniosi nascentur. Et quod hoc eciam sit verum, patet de  
5 hoc debent facere, qui ad ymaginem Dei facti sunt – corriguntur illi, qui  
inpregnatas uxores eorum cognoscunt. 140

Octavum, quod vir debet uxorem suam diligere et e converso et talis  
amor debet esse cum castitate. De quo dicit Sixtus papa: “Nil turpius quam  
amare uxorem tam quam adulteram”, id est propter luxuriare. Et talis amor  
10 summe est necessarius, de quo habemus exemplum: Si navis, cui si funis  
precidatur, quo est alligata, iam non stat in quiete, sed recedit a litore et fluit  
et vadit, quo eam ventus repellit, et sepe frangitur, quod non reintegrari  
15 potest, ita pro certo, quando inter coniuges non est verus amor, multa mala  
contingunt. 150

Nonum, quod vir sit mulieri fidelis et e converso isto modo, quod illud,  
quod tu facis cum tua uxore – etsi daret tibi licenciam – illud cum alia  
facere, nequaquam velis facere.

Decimo, omnes actus matrimoniales, quos vir facit cum sua uxore et e  
converso, hos | debent facere propter prolificare, et si fructum eis Dominus  
20 dederit, hunc volunt sibi offerre et presentare. Nota, diceret aliquis: Tamen  
multi viri in matrimonio, similiter mulieres, sunt steriles; quomodo igitur illi  
debent facere actus matrimoniales et utrum illi inter se debent reddere  
debitum? Respondetur, quod vir sterilis in matrimonio debet reddere mulieri  
sterili debitum, sed non propter voluptatem, quia alias peccarent mortaliter,  
25 dummodo ambo propter voluptatem facerent. Sed si vir sterilis reddit  
K 60r<sup>a</sup> 160

**1** Qui...3 nascentur] cfr AUG, *Sermo CCXCII (Sermones suppositi de diversis), De castitate coniugali* (PL 39, 2300); cfr HUS, *De matrimonio B (???)*: De quibus dicit Augustinus: “Qui uxorem suam agnoverit in die Dominico, id est in die ab ecclesia prohibito, qui tunc concepti fuerint aut leprosi...” **8** Nil...adulteram] cfr PETR. LOMB., *Sent.* 4, 31, 6 (PL 192, 920; p. XXX); Decretum magistri Gratiani, C. 32, q. 4, c. 5 (ed. Friedberg I, 1128–29), lib. 1; cfr HIER., *Adversus Iovinianum*, lib. 1 (PL 23, 293–94). *In libro O manželství (Opera omnia, t. IV, pag. 310) haec verba Hus Augustino ascribit, ubi autem ea non inveni.*

**1** agnoverit ] augariaverit (?) *D* **2** in ] *om. B* **3** demoniosi ] demoniaci *B*, demoniace *D* **4** qui ] que *BDEKP* | cognoscunt ] congnoſcunt *E*, congnoſcent(?) *B* **5** qui<sup>1</sup> ] quia *E* | Dei ] *om. B* | qui<sup>2</sup> ] *om. E* **6** eorum ] ipsorum *D* | cognoscunt ] congnoſcunt *E* **7** Octavum ] 8<sup>m</sup> *E*, Octavo *P* debet...suam ] uxorem suam debet *D* | talis ] similis *D* **8** quo ] qua *D* **9** id est ] *om. D* luxuriare ] luxuriam *E*, luxuriari *D* **10** necessarius ] nociws/nocuus/nocaus (? *PCH*) *D* | cui si ] tui sit *E* | funis ] ausis funis *D*, finis *P* **11** precidatur ] *om. E* | quo...alligata ] qui aligata est *E* | a litore ] allitore *B* | fluit ] flunt *D* **15** sit mulieri ] mulieri sit *DEP* | quod<sup>2</sup> ] *om. D* **16** cum<sup>1</sup> ] cum scilicet *E* | daret ] dare *B* | illud ] *om. D* **17** velis ] velles *B*, vellet *KP* **18** actus ] *om. K* **19** facere ] *om. B* | Dominus ] Dominus Deus *D* **20** volunt ] debent *B* **21** mulieres ] *om. E* | illi ] *om. D* **22** matrimoniales ] matrimonialis (?) *K* | se ] *om. B* **23** debitum...sterili ] mulieri *D* debet ] debent *E* **24** sed ] et *E* | voluptatem ] voluntatem *EP*, voluptates *D* **25** voluptatem ] voluntatem *EP* | si ] *om. D*